

prouidere, quantum nobis ab alto fuerit concessum, honorabiles viros dominos magistrum Vlphonem et Ingeualdum, curatum in Vigbohæradh, ordinamus et constituimus nostros veros et legitimos procuratores et quemlibet eorum in solidum, ita quod non sit melior condicio occupantis, sed quod unus inceperit, alter prosequi teneat et finire, ad visitandum ecclesias ibidem et ad audiendum, tractandum et fine debito terminandum causas ecclesiasticas ciuiles et criminales ad nostram sortem pertinentes et ad audiendum de prediis ecclesiarum nouis et antiquis et de omnibus bonis et rebus earum, in quibuscunque forma et fuerint constitute, necnon ad petendum mutuum ab ecclesiis et ecclesiasticis personis ex parte domini archiepiscopi Vpsalensis et recipiendum et ad obligandum bona ecclesie et mense archiepiscopalis ad certum terminum et ad alia, que requiruntur ad hoc faciendum. Idcirco vobis et vestrum cuilibet in virtute sancte obediencie precipiendo firmiter iniungimus, quatenus eis cum reuerencia et obediencia debitis velitis assurgere et de omnibus rebus et iuribus ecclesiasticis fideliter respondere, scituri nos ratum et gratum in perpetuum habituros quidquid per ipsos factum fuerit in premissis. In *Christo* valete. Scriptum Vpsalie sub sigillo capituli nostri anno Domini m^occc^o quinquagesimo tercio feria quarta proxima post primam dominicam xl^o.

Sigillet borta, remsan kvar.

Skriften delvis utplånad, hvaraf luckorna i texten.

4891.

1353 Febr. 21.

Skeninge.

Riddaren Ulf Håkansson och hans son, Nils Ulfsson, sälja fem attungar jord i Hulje, Skrukeby socken, till S:t Agnetas kloster i Skeninge.

Orig. på perg. i Sv. Riksark.

Omnibus presens scriptum cernentibus Vlpho Haqunson miles salutem in Domino sempiternam. Tenore presencium notum facio vniuersis presentibus et futuris me ex parte mea et meorum heredum bona mea ac filii mei Nicholai Vlfson in Hologhæ in parochia Skrochæby Osgocie sita venerabilibus personis sanctimonialibus ordinis sancte Agnetis Skænigge, videlicet quinque terrarum attungos integros cum agris, pratis, siluis, pascuis, piscaturis, molendinis et molendinorum locis, intra sepes vel extra, longe vel prope positis, quocumque nomine sencentur(!), per me et per meos substitutos tribus vicibus in placito prouinciali pro pari precio a me emenda cognatis et consanguineis meis legaliter exhibita pro ducentis viginti marcis denariorum Sueuorum monete nunc currentis vendideram et cum duodecim viris fidedignis dictorum bonorum vicinis confirmatoribus dictis fastæ iuxta normam iuris et modum patrie ac leges Osgocie approbatas et scotaueram euidenter, transferens in prelibatas sanctimoniales et conuentum earundem dictorum bonorum plenum proprietatis ius ac possessionis dominium perpetuis futuris temporibus libere perdurandum, ablata a me meisque heredibus omni facultate et posse predicta bona seu aliquam partem illorum villo vncquam adinuencionis ingenio reuocandi seu quomodolibet impetendi. Si vero, quod absit, dicta bona vel aliqua pars eorum per aliquos meos heredes quocumque modo impediuntur, in vera fide promitto predictas sanctimoniales et conuentum earum cum omnibus ac singulis bonis meis in Skrochæby

situatis fideliter recompensare, vt ipsis bonis meis ibidem pleno prescripto iure libere possessionis perpetuo gaudeant ob debitam satisfaccionis recompensam. In cuius rei testimonium et euidenciam firmiorem sigillum meum vna cum sigillis fedignorum(!) domini Karoli Tukæson, dilecti auunculi mei, Karoli Pætærsson, consobrini mei, domini Sunonis, canonici Lincopensis, curati ecclesie beate virginis Skænigge, Iohannis Lang, germani sui, villanorum Skænigge et Syundonis proconsulis ibidem duxi presentibus apponendum. Datum Skænigge anno Domini m^occ^ocl^oiii^o in profesto cathedre sancti Petri apostoli.

På baksidan: Holøghø.

Sigill: n. 1 (fyrdelad sköld utan hjälm med trappsurna rutor i fältet öfverst t. vänster och nerst t. höger; Sv. Sig. fr. Medelt. I, 3, 427): s' VLPHONIS HAQVVSS; n. 2 (hjälm med fanor och vippor; Sv. Sig. fr. Medelt. I, 3, 380): s' MILTIS KARVLI THOKAS; n. 3 fragment; n. 4 borta, remsan kvar; n. 5 (en stjälk med blad och frukter): s' IOHANNIS CAROLI; n. 6 (ett upprätt åt höger vänt lejon i sköld utan hjälm): omskriften utplånad; n. 7 (bomärke): s' SIVNDÆ CLEMES'.

4892.

1353 Febr. 23.

Skeninge.

Riddaren Ulf Håkansson utfärdar fullmakt för sin frände Birger Magnusson att till Skeninge kloster med full äganderätt öfverlåta de till klostret försålda fem attungar jord i Hulje, Skrukeby socken.

Orig. på perg. i Sv. Riksark.

Omnibus et singulis presentes litteras visuris vel audituris Vlpho Haqunsson miles salutem in Domino sempiternam. Notum facio vniuersis presentibus et futuris me ex parte mea et meorum heredum discreto viro dilecto sororio meo, ostensori presencium, Byrgero Magnusson, plenam dedisse potestatem bona mea in Hologhæ in parochia Skrochæby penes Skænigge sita per me sanctimonialibus et claustro earum ibidem pro ducentis viginti marcis denariorum Sueuorum monete nunc currentis vendita scotandi et a me et a meis heredibus alienandi et eis perpetuo apropiandi ac meo nomine plene possessionis iure plenarie assignandi irreuocabiliter possidendi, ratum et gratum habiturus quicquid prelibatus sororius meus dilectus fecerit in premissis, quia omnem summam denariorum, pro qua predicta bona mea vendideram, me ab eis tenore presencium protestor prompte et plenarie subleuasse, pro quibus eas reddo quittas pro me et meis heredibus per omnia et solutas. In cuius rei testimonium sigillum meum vna cum sigillo suo duxi presentibus apponendum. Datum Skænigge anno Domini m^occ^ocl^oiii^o in crastino cathedre sancti Petri.

Sigill: n. 1 borta, remsan kvar; n. 2 (ett ben med fot i sköld utan hjälm) fragment: v

4893.

1353 Febr. 24.

Gunne Assursson försäljer gårdar i Gölstorp och 'Gæddæsyos edhæ' till Klemens Tyrgilsson.

Orig. på perg. i Sv. Riksark.

Omnibus presens scriptum cernentibus Gunno Aszursson in Domino salutem sempiternam. Nouerint vniuersi tam posterius quam moderni, quod nobili viro Cle-